Quelle:
Copyright:

solvitur tribus libris, liber duabus partibus. In fine legitur: "Finitus est iste liber in die conversacionis (c) Sancti Pauli anno domini 2c XXX.o /: 1431 :/. De Aegidio vide Codicem CLVI. num: 1.

(c) conversionis

Cod. CXCVII.

Chartac: Fol: Locc: 15.

2
3.10.

1

Comentarius in Apocalypsin. Incipit: "Apocalipsis Jesu Xti quam dedit illi deus. Notandum ad intellectum libri de distincti, one etatum". Margini superiori adscriptum est: "Anno domini 2c 48. /: 1448. In fine legi, tur: "Explicit Glosa super Apokalipsim Reportata Wienne apud fratres predicatores per ma, nus Andree de Regen." Ex hac subscriptione pro, num est concludere, praefatum Comentarium ex ore docentis cujusdam Magistri a discipulis exceptum, litteris mandatum, et denuo ma, gistro correctum esse, et approbatum; id enim vox: Reportata indicat, ut videre est in disser, tatt. criticis de gestis S. Thomae Aquin. Joan: Fr: de Rubeis p: 53, et quos ibi adducit Ptolom: de Lucca, Ben: Guidonem 2c: Sed pos, terea S. Thomam Glossae hujus authorem re, jic, cor quidem; nam duo qui ei /: falso quidem :/ tribuuntur comentarii in Apocalypsen, inci, piunt: Vidit Jacob in somnis; et: Vox domi, ni praparantis cervos. Unde nil reliquum, qua ut credam, hanc expositionem esse profectam a quodam Magistro Ord: Praedic: Viennae doctore, mihi autem ignoto; nisi forte sit Gerthol, dus Ruechauser, seu de Ratisbona /: alias erro, nee Ruchavoser dictus :/ Ord: Fr: Eremitarum S. Augustini, qui saeculo 15.o Viennae docuit,

Comentarius in Apocalypsin.

1a – 101a

Gerholdus Ruechauser